

Vg  
4239

1, 500.





XVII, 500.













DECLAMATIVNCVLA IN D.  
PAVLI DOCTRINAM.

¶ Epistola ad Iohannem Hessum Theologum,  
Philippi Melancthonis.



Vuittenbergæ, apud Melchiorum Lottherum  
iuniorem, Anno M.D.XX.

XVII 500.



D. HIERONYMO BRONNER DIVI  
Caroli Cæs. Aug a secretis, Philipp,  
Melanchthon.S.



Olennem diui Pauli Apostoli diem, pro  
Academia nostræ ritu, declamatione qua  
licūq; nuper dedicauim⁹. Quā ad te Hie  
ronyme mittimus, cum, qd' passim de li  
teratis, atq; adeo de literis ita meritis p̄di  
caris, vt gratiæ loco, quicunq; literas pro  
fitemur, studia tibi nostra debeam⁹, tum, qd' id temporis  
forte fortuna, quo dixim⁹, V uittēbergæ, apud illustriss.  
Principē D. Fridericū, Saxonie ducē Electorē, heroem  
omniū seculorū memoria dignū, Diui Caroli Cæs. Le  
gatū egeris. Quæ vel vna ratio hunc tibi sermonē adse  
rat. Nam, cum publico more, & qui iam p̄pe iuris vim  
obtinet, sua Regum legatis studia vulgo professores lite  
rarum commendant, par est, & nos officiū tibi nostrum  
honestā aliqua ratione testari. Proinde, declamationē in  
quam casu incidisti, tibi adeo literarū amanti nūcupam⁹.  
in qua si nihil aliud eruditi p̄baturi sunt, studiū tu certe  
nostrum, quæ dexteritas, qui candor tuus est, probabis.  
Ampliora sane virtus tua merebatur. Sed boni cōsules.  
quod fors dedit. Quod ad argumentū attinet, orationū  
patronopus est. diximus. n. de Pauli theologia, adeoq;  
contra perniciosas Theologorum ætatis nostrę scholas,  
aduersum quas non vno nobis, vt ita dicā Hercule, opus  
est. Suscipies igitur non modo orationis nostrę, sed om  
nino sacrarum literarum, quarū causam egimus. patro  
cinium. dignam profecto rem nomine tuo. Nam, & lites  
ras tueri preclarum est, & sacras vindicare pium. Mar  
tinum Lutherum, virum iuxta pium atq; eruditum, ve  
req; theologum, tibi cōmendo. Vale V uittēbergę Saxo  
num M. D. XX.





IN DIVI PAVLI APOSTO-  
LI FESTVM DIEM.



ESTVM diuo Paulo Aplo diē agimus  
quē, q̄ magis conueniebat quā festa illius  
laude, atq; adeo cœlestiū bñficioꝝ, quæ  
per illum, nempe organon electū, in vni-  
uersum terrarū orbem euolgata sunt, des-  
dicare? Quod est. n. Paulo rarius, quod  
admirabilius diuinæ bonitatis exemplū? in quem ea ni-  
hil non optimarū rerum largissimo sinu effudit. Verū, &  
spacia dicendi, quam pro ratione tam grauis argumenti  
breuiora sunt, & quæ, mea est imbecillitas ingentia Pau-  
li decora, facilius mihi fuerit animo reuerēti suspicere &  
adorare, quam explicare oratione. Video. n. in hoc om̄i-  
no quiddam augusti⁹, quam quod humanis queat ver-  
bis effingi. Nam vt sint, quæ cum alijs cōmūia habet, pa-  
triæ gratiæ, voluptatum, opum, gloriæ, contemptus: fri-  
gora, soles, calumniæ, fames, vulnera, cruciatus, tamen  
hæc, nescio quo pacto, in Paulo mihi maiora videntur,  
atq; solent in alijs. Etenim, tam varie multis idem se spiri-  
tus impertit, vt nec eiusdem virtutis eadē sit in omnibus  
indoles. Et, vt plerisq; gemmis, ali⁹ in auro, ali⁹ in argē-  
to color est, ita suus est singularum virtutum in quouis  
habit⁹. Proinde, iniquū censeo, Paulū vulgarib. laudib.  
prædicare, in quo nihil est vulgare deprehendere. Iā hæc  
palam est, huic vni citra exemplū contigisse, summi vim  
amoris, q̄ sese p̄ gēte sua deuouerit a Ch̄ro optauit. Incō-  
parabilē fiduciam, q̄ negat vlla vi, siue hoīm siue angelo-  
rum, siue demonū auelli a Christo posse. Abditarum re-  
rum scientiā, q̄ in tertiū vsq; rapt⁹ cælū audiuit arcana q̄-  
dam, quæ ne ipse quidem eloqui potuit. Contemptum  
vitæ talem, vt & in lucro mortē numerauerit. rursus ta-  
lem lucri, quod e morte facturū erat, contemptum, vt

A ij



quamuis longe mors optabilior vita iam ipsa esset, viue  
re tamen maluerit, ministerio suo defuncturus, Doctri  
nae maiestatem, qua laude vniuersum Apostolorum sena  
tum anteit, Magnitudinem animi, quod sese pro adserenda gra  
tia, vel summis opposuit Apostolis Iacobo & Petro,  
Quae decora (na ex innumeris pauca recensuimus) quae  
do peculiariter Paulo debentur, quis queat, praeter Pau  
lum fortassis ipsum, oratione aequare? In ijs vero pri mo  
quod arbitror, loco doctrina est. reliquis enim ornamē  
tis ipse priuatim fruitur, Doctrinae vero fructus, noster  
est. hanc ut pio studio complectamini, visum est hoc tē  
pore, quando plura non licet, adhortari. Quod ut fa  
cia, cum plerumque alia, tum hoc in causa est, quod cum index  
sua cuique oratio, verissimus sit, non aliunde propius, qua  
e suis literis Paulum cognouerimus. Non decebat quid  
quam laudum illius, ingenij mei culpa deteri. quare abun  
de satisfactum puto solennibus ferijs si iuuentutem qua  
licumque ratione ad meditandam sapientissimi. herois do  
ctrinam inuitauro. Nam in eo sum, ut putem nullius lite  
ris, nullius commentarijs propius cognosci posse Christum  
atque adeo salutis nostrae summam, quam Paulinis. Qua  
laude nulla queat Paulum efficacius generi humano com  
mendare. Nam ut vocent ad sua quaeque studia rationes  
aliae, huc certe omnes pariter trahit necessitas. Artium,  
quaedam animi causa, nec a quibusuis, discuntur, quae  
dam comparantur ad quaestum, quas nihil refert ignora  
re, immo nonnunquam etiam profuerit non didicisse. sed quae  
salutis viam, quae rationem absolute felicitatis monstrat,  
eademum ab omnibus. expeti iure debent. Philosophiam,  
& vetustas hoc nomine in primis complexa est, ut inde  
vitae melioris formam peteret, & omnium sapientum com  
sensu, semper hoc optimum disciplinae genus habitum  
est, quod ad mores, vitaeque studia emendanda accommo  
datissimum fuit. Qua parte quid Paulo debeamus, quot



Christi sanguine abluti sumus, ostendā. Vitæ formā par  
est nō ex philosophis, sed ex diuinis libris Christiāos pe  
tere. in his Pauli, quæ partes sint, nisi molestum est audire,  
docebimus. ¶ In numero diuinorū voluminū, alia leges,  
alia vitæ morūq; exempla, alia obscura de Christo  
vaticinia alia, res Christi gestas memorant. Beneficium  
vero, qd sanguine suo Christ⁹ vniuerso peperit orbi, quis  
grauius? q; accurati⁹? quis copiosius diuo Paulo explicat?  
Non nihil est viuendi leges tenere, vt scias, quid deceat,  
quid secus, Non nihil item exempla vitæ ob oculos posita  
intueri, quæ calcar addāt complectendæ virtutis, Non nihil  
& res Christi gestas meminisse, nempe absolutæ virtutis  
exemplar, Sed multo maximum est, quæ vera est Christi gloria,  
quare is in terrā delapsus sit, quid mundo sermonis ætherni  
incarnatio conducat, scire. nā in eo summa salutis posita est.  
Honesti formā leges præscribunt, exprimunt exempla, & in primis  
archetypus ille Christus. Impertit autem generi hominū beneficia  
Christi, quæ vniuerso orbi per Pauli Euangeliū declarata est.  
Virtutem leges & exempla adumbrant, sed absoluti Christi  
beneficentia, quā Paulus prædicat. Iam vt militi satis non est  
ad vincendum, scire quib. artib. cum hoste decernendum sit,  
si fortis animus, si corporis vires desint, Ita nec ad bene  
beateq; viuendū, satis est, leges aut exempla tenere, nisi &  
animo sis ad obtemperādū legib. parato. Hunc ipsum  
animum vnde petas, neq; leges, neq; exempla commode docent,  
sed Paulus docet. Non deerant gentib. omnino ad bene viuendū  
leges, non deerāt omnino exempla, Sed ille deerat, qui doceret,  
vnde petendus sit animus quo legib. cōciliarent. Tantum referebat  
& legibus per Mosen promulgatis, & vatum oraculis, &  
& Historijs addi Paulinas epistolas, in quibus beneficentia  
Seruatoris nostri describitur, quib. monstratur, vnde semel  
absoluta fœlicitas petenda sit. Hic em̄ Paulinæ



sapientiae scopus, haec summa est, Caeterum & Paræneses  
quasdam legesque viuendi praescribit, id quod commune  
cum alijs sacris scriptoribus habet. Verum peculiariter e Pau-  
lo cognoscimus rationem ac vim beneficii Christi, eamque  
illi proprie laudare debemus. Neque vero de rebus humanis  
vlli scriptores melius meriti sunt istis, qui Christi liberali-  
tatem literis consecrauerunt, ne compendium salutis nos-  
trae ignoretur, & bonitatis diuinae, & officii sui obliuio  
immemores mortales capiat. Siquidem Christum nouisse,  
non modo est res eius gestas tenere, sed grato animo be-  
neficium complecti, quod per ipsum caelestis pater in vni-  
uersum terrarum orbem effudit, quo solo inter impias gen-  
tes & vere Christianos animos internoscitur. Neque effi-  
caciùs nobis diuina, ratio vlla commendauerit, quam hu-  
ius beneficii merito maximi memoria. Porro, id quale sit  
paucis exponendum videtur, ne quid Christo, quid Paulo  
Christi preconi debeamus, ignoretis. Bonitatem suam cum  
alias varie declarauit deus, ut, & vulgo dicitur, Iouis omnia  
plena esse, tum in Christo absolutissime expressit, per  
quem stupendis modis hominem e medijs orci faucibus eripuit  
Quotquot enim ex Adâ nascimur, irae mortisque filij nas-  
cimur, naturae gratio miseri sic ad vicia rapimur, ut nullo  
nostro consilio, nullis nostris viribus, auocari possimus.  
Tyrannidem suam exercet in nos multiplex cupiditas,  
alius alio, pro libidine quisque sua fertur. Aduersatur inte-  
rim, siue ratio, siue lex, bellum ipsi nobiscum infelices geri-  
mus adsiduum. Ibi quae conscientiae flagra, deinde quae  
in morte mala insint, dici possit nec ne non dum satis scio.  
certe eiusmodi, ut & sapientes quidam censuerint, Opti-  
mum esse non nasci. Demisit igitur in terras op. max. de-  
us filium, carne nostra, quo & conuictior & amabilior es-  
set indutum, per quem semel peccati, mortisque regnum ex-  
cinderetur, & in idem lex seu ratio, & cupiditas consen-  
tiant. Denique, per quem pax & vita in animos omnium inse-



reretur, quotquot sese illi per fidē accōmodaturi essent.  
Itaq; debem⁹ Christo spiritū absolutæ virtutis ac pacis,  
seu, vt græce dicam, euthymias auctorem, atq; adeo abso-  
lutam fœlicitatē. Quæ beneficia quanta sint, aestimabit,  
qui cū generis humani gētilicis malis conferet. Beatus  
dinē & Philosophi posuerunt in absoluta virtute, ac per-  
petua animi tranquillitate, & proculdubio in idem om̄is  
humana ratio conspirat, Sed talem animū vnde peterēt  
Philosophi nō videbant, atq; id ipsum est mysteriū tot  
absconditū seculis Christi beneficium. Vnicus humanæ  
miseriæ portus, Christus est, siue fonticus carnis morb⁹,  
siue conscientia, siue mortis metus sollicitat, ex huius be-  
nificentiæ præsens est remediū. Nisi quis frustra dictum  
ab ipso putat, Venite ad me om̄es qui laboratis & onera-  
ti estis, & ego reficiam vos. Seruator dici gaudet, nō vin-  
dex, qui in carnē descendit, abiecti homuncionis formā  
induit, a vi peccati, seu carnis, Tyrannide legis, Mortis  
plus quam crudeli regno, sic adseruit hominū genus, vt  
nunq̄ non adsit om̄ib⁹, qui ad sua signa profugerint. No-  
rant e secretis quibusdā oraculis hoc Christi beneficium  
patriarchæ, quotquot seruati sunt, neq; .n. nisi liberali  
Christi ope adserti, seruari potuissent. Idem & Prophe-  
tæ canūt, hymnum pacis, & noui sabbati Pæana. Idē do-  
cuit Baptista ille, quo nemo maior nat⁹ esse a Christo di-  
citur, qui Seruatorē digito ostendens agnū appellat, in  
quem congesta sint humani generis mala. Idem Apосто-  
li prædicarunt, & in primis Paulus noster, quem nō du-  
bium est Christianæ gratiæ preconem omnib⁹ gentibus  
destinatū esse, vt ille quondam Iudaico populo baptista.  
Ad Christū vsq; Iudæa publica veniæ, condonandique  
delicti auctoritate caruit, quæ res quam acerba sollicitis  
mentibus fuerit, æstimandū vobis relinquo. Veniæ au-  
ctorem adeoq; hostiam, quæ deū Op. Max. nobis concis-  
liet, Iohannes palam primus ostendit, cū ait, Ecce agn⁹



dei ecce q̄ tollit pctā. Legē hacten⁹ habuerat Iudæa, sed  
a quo animos legis amantes, a quo virtutis amorem, pe-  
teret, primus ostendit Iohannes, qui cū sese aqua baptisa-  
re testetur, Christū ait spiritu sancto baptisaturū. Aqua  
baptisat, qui legem p̄scribit, qui virtutem verbis adums-  
brat. Sed spiritu sancto baptisat, qui animos nostros spi-  
ritu imbuat, qui omnes omniū virtutū numeros nobis  
absoluat. Neq̄ em̄ leges possunt, quantū vis recta mone-  
ant, hoc in animis nostris efficere, ne malis esse libeat, ne  
sit odio virtus. Impias gentes satis constat, scelerū gratia  
caruisse, at absolutā virtutē desiderasse, fortasse negaue-  
rint, quibus miraculo sunt philosophi, quos velim rem  
ipsam penitus introspicere. Plato in legib⁹, vbi in virtus  
te fœlicitatem collocat, negat fœlicitatem esse, quæ non  
iucundissima sit, fatetur q̄ eam ipsam suauitatem a virtu-  
te alienā esse. absoluta virtus esse nō potest, nisi eadem ius-  
cundiss. sit. Idem alicubi & legem tyrannū vocat, q̄ natu-  
ræ genio captiūq̄ aduersetur. Absolutā virtutē vocem⁹,  
cum qua non consentit naturæ voluptas? Aut quod ex-  
emplum virtutum, poetæ, ac philosophi proposuerūt, in  
quo non liceat reliquā quandā viciorū lernā deprehende-  
re? Solius ergo Christi bñficiū est, & perpetrati delicti  
gratia, & spiritus absolutæ virtutis ac pacis auctor, quē  
obscuris oraculis vates significarūt, quē gentib⁹ ac Iudæ-  
is olim Paulus prædicauit, quē nostris temporib. ex vni-  
us Pauli literis cognoscere datū est. Paucis exposui qd̄  
sit Christi bñficiū, cui⁹ preconem Paulus agit. Est em̄  
& pax conscientiæ, & absoluta virtus tam iudæis quam  
gentib. ante Christi incarnationē ignorata ¶ Meminerūt  
huius beneficii passim & reliqui sacri scriptores, sed obs-  
curius, quā vt possent intelligi, nisi vniuersum argumen-  
tum tot epistolis, tot disputationib. illustrasset Paulus.  
Hic quib. rhetorum figuris, quib. florib. quib. orationis  
ornamentis lectorē capiat, nullis prorsum verbis conse-

Leges  
habuerat  
Iudæa



qui queā. Socraticis sermonib. raram quandā energie  
an tribuit Alcibiades, Lyfiæ Socrates, Pericli vet<sup>9</sup> Co  
mœdia, Vlyssi; poeta Homerus, nisi em̄ coniecturæ me  
fallunt, tale quiddā & Moly, significat. Sed hos quo pe  
dibus vincit Paulus noster, quē & gentes admiratæ, Mer  
curium vocarunt. Apud me sane, posteaq̄ animū ei fore  
mandū tradidi, satis scio quid effecerit. Atq̄ vtinā malint  
re ipsa experiri om̄es, quam verbis meis fidem habere.  
Nōnullā animi iacturā, in Philosophorum literis puer  
feci, quā, vt spero, foeliciter olim doctrina Pauli sarciet.  
Errant enim meo iudicio tota via, qui Philosophorum  
literis iuuari vitæ Christianæ rationes censent. Sola em̄  
Christiana doctrina efficax est, ad excitandos inspiran  
dosq̄ animos, id quod Apostoli fatebantur, cum æternæ  
vitæ sermonē Christi Philosophiā vocabant, qui vnus  
& vita, & veritas, & lux, & via est. cōtra, hominū placi  
ta, mors, mendaciū, tenebræ, & error. Proinde, quis fu  
ror est? quæ cæcitas? cum iter compendiariū ad salutē  
solæ Christianæ literæ indicent, ijs exauctoratis aliunde  
ex Philosophorū scitis, virtutis formā ac hypotyposin  
petere? Viuēdi leges p̄scribit Philosophia, sed multo san  
ctiores Pater cœlestis, nempe cū nondū exacte geniū nos  
rit hominis Philosophia, legibus cauere vicia quō pōt?  
Docet Philosophia virtutē vsu, & assuetudine cōparari,  
sed repugnantibus naturæ affectibus, nondū videmus  
vsu quam nihil profectum sit? Nam vt simia semper est  
simia, etiamsi purpuram induta, ita nullo consilio, nulla  
arte, animi morbū viceris. A veterib. Philosophis mag  
na contentione disputatū est, plus ne ad virtutem paran  
dam habeat momenti ingenium, an disciplina vsus atq̄  
exercitatio. Neq̄ quisq̄ hactenus repertus est, qui non  
adfirmarit, naturam, sine disciplina, multū. Disciplinā si  
ne natura parū, admodū valuisse. Quare alio quodam  
animorū magistro op<sup>9</sup> est, nempe cœlesti spiritu, qui ins

B

Paulus

51



*mirabile*  
tima hominū pectora occupet, instauret, inspiret, rapiat,  
inflammet, atq; transformet. Nam, quæ humana opera  
paratur virtus, personata est, planeq; p̄posterū quendam  
Silenum agit, splēdida prima fronte, Cæterū, si explices,  
nihil non spurcis .affectuū reperias. Eiusmōi camarina  
anim⁹ hominis est, ex omni parte pestilentis . quibusq;  
affectib. exulceratus. Videbant & Platonici opus esse  
mentibus humanis interiore quadam vt ipsi, loquuntur  
Catharsi, hoc est purgatione, citra quam negabāt solidā  
virtutē comparari posse. Eam vero Catharsin vnde pete  
mus? Paulū audi, qui Christū in hoc in carnem delapsū  
esse scribit, vt si quis in ipsum sese reñciat, spiritū viuacē &  
virtutis auctore largiatur. Quid em̄ ille agit aliud? vbi  
de antiquata lege differit, quam nullo vsu nostro anōs  
emendari atq; pacari. Lex tradita est, quæ recta moneat,  
Sed spiritū Christus impertit, qui quod lex imperat, ab  
soluit, & cœlesti quadam voluptate mortales sic imbuit,  
& veluti diuino quodā nectare perfundit, vt amarum, te  
trum, & detestabile fiat, quidquid a lege alienū est. Quo  
animo si qui sunt, ijs demū legem positam negat Paulus,  
nempe qui sua sponte virtutem ita complexi sunt, vt co  
gere nō sit necesse. Neq; em̄ opus est admissio subdere cal  
car equo. Idem hoc Paulus agit, vbi regnū peccati ac les  
gis, cum regno caritatis comparat. Neq; em̄ in arbitrio  
nostro est, exturbare regno suo aspectus peccati, qui pes  
nitā animi sedē, ceu inexpugnabilē arcem tenent, in om̄  
nia membra nostra tyrannidem suā exercentes. Deinde  
cum ad stabiliendā tyrannidem falsa gratia, nihil neq; pri  
us, neq; potentius sit, quibus nō illecebris ventrē, linguā,  
oculos, deniq; animū ipsum capiunt ac subigūt. Ex vete  
rib. quidā in homīe, Rationē aurigæ vice fungi cēsueūt,  
equos vocarunt adfectus. Sed vincitur affectu ratio. Et  
frustra retinacula tendēs, fertur equis auriga, neq; audit  
curr⁹ habenas, immo non aliter atq; Phaethontem solis



equi, rationē affectus excutiunt. Quę peccati vis, solius  
Christi beneficio superatur. Idem Paulus agit, vbi cum  
spiritu timorem, spiritū caritatis cōfert. Seruilis em̄ ani-  
mus est, qui officiū suū metu coactus facit. Quem metū  
tantum abest, vt virtutis materiem vocemus, vt ne vicio  
quidem liberare conueniat. Contra, summā virtutis re-  
cti amori debemus, qui plane gustus quidā diuinę boni-  
tatis est. Idem, vbi de litera mortis auctore, deq; spiritu  
viuificante differitur. Est em̄ litera, sciographia quædā  
virtutis, hoc est lex, qua erigi hominū animos, ad virtus-  
tis studium & Philosophi & Philosophorū feces, scholæ  
theologicę huius ætatis censent. O somnia. Quanto ve-  
rius Paulus terreri & occidi animos humanos lege, spi-  
ritu aut̄ Christi viuificari, docet? Nam, vt indigne fertho-  
minis genius, q̄ ardenti libidini laxare frena nō licet, ita,  
cum id lex vetet, necesse est & legem odio habeat. Sed spi-  
ritu Christi fit, vt ne iucundū sit, etiam si liceat indulgere  
re cupiditati. Quod quæso, quæ hominū Philosophia?  
quis vsus? quæ gymnasmata effecerint? ne oblectet, quā  
tam gratiosus carni videtur cupiditatis fructus, quo tam  
iucunda nobis sit virtus, quam carni vicium est. Nouus  
hic certe mundus est, cui amarescunt, vita, gloria, volu-  
ptas, deniq; quidquid est rerū in quas propensa caro fert.  
Talem quēdam mundū, talem spiritū, tales animos vn-  
de petam?, Paulus indicat, vbi antiquata lege, exciso pec-  
cati legisq; regno, regnū gratiæ & pacis describit. Sacri li-  
bri reliqui fere legibus nos erudiunt. Hic vero, cum cons-  
tet humanos animos a legib. natura abhorrere, Christū  
oculis mortaliū pponit, a quo spiritū virtutū ac pacis  
auctorem impetremus, Atq; hæc est ad beatitudinē com-  
pendiaria via, non per Philosophiā, non per sacras leges  
sed per Christū. ¶ Error est Philosophia, legib. diuinis  
animi nostri non sunt pares. At spiritus Christi id exhibe-  
bet, quod diuinis legib. iubetur. Proinde si vobis salus ve-

B ij

*spiritus  
in auct  
ha*

*aut mag  
temp  
per se no*



stra cordi est, si Christū, si Christi beneficiū cognoscere,  
cura est, diuinos Pauli libellos in manus vlt tandem acci-  
pate, vosq; cœlesti sapientia oblectate. Adhortet ad hæc  
iuuentutē cum ætas, nullis non exposita periculis, tum  
corruptis. huius seculi mores, in quo plurimum refert,  
quib. opinionib. quib. magistris rudes animi forment.  
Nam, q; vulgo putant, prophanis literis posse adulescen-  
tes erigi ad amorē virtutis, vereor, ne ipi nos frustremur  
Contra, in diuinis admiranda quædam vis inest, qua ras-  
piuntur, inflammanturq; sedulæ mentes, neq; vsquam  
præsentius Deorū manus, quod aiunt, agnoueris, quam  
in sacro sermone. Et Paulus hoc aptior est ad formādos  
mores, q; non modo viuendi leges præscribit, sed & chri-  
stum exhibet, a quo impetres, e cuius vulnerib. haurias  
spiritū virtutū. Et hætenus quanta iactura scholæ The-  
ologicæ Paulū neglexerint, horreo dicere. Postq; em̄ cō-  
tempta huius doctrina, Aristotelem complexæ sunt, vix  
Christi nomē reliquū est, certe beneficētia ignorat, e qua  
vna, diuinitas proprie cognosci solet. Debebant humanę  
beneficentiæ dñ gentium, in quib. sua cuiq; classis, suus  
cuiq; census, sua cuiq; tribus scribebatur, & tantus erat  
quisq; quātū esse stultis mortalibus videbatur. Cæterū,  
tale hominū studiū ingrati dñ nullo bñficio pensabāt, id  
quod & inciuile & inhumanū, nedū non diuinum est. At  
Christi ea est vere diuina beneficentia, vt cum sua in nos  
omnia largus effundit, cognosci amet, verius vt cōmo-  
det, quā vt colatur. O vere inestimabilem bonitatem. Et  
quæ gens alia est vsquā, quæ deos appropinquantes sibi  
habet, sicut deus noster adest cunctis obsecrationib. no-  
stris? Quā Christi bñficientiam, qui tollit e medio, Chri-  
stum tollit, qua blasphemia nulla potest dici detestabili-  
or. Cōtra, nullus Christo gratior cultus est, quā hanc su-  
am bonitatem pio studio complecti. Hac vna re gentib.  
ac Iudeis præstam? Christiani, q; ob oculos positum ha-



benus Christū, qui deriuat in suos spiritū, tum pignus,  
tum auctore virtutū. Hunc prophanant, qui aliunde tres  
pidis conscientis solatia, qui robur male affectis animis  
aliunde parandum docent, atq; n̄ vere sunt, qui Spiritum  
sanctū incessunt, quæ blasphemia neq; in hoc, neq; in fu-  
turo seculo condonabitur. Regnum vēturi Christi Pro-  
phetæ plusq; heroicis verbis cecinere futurū, ceu perpe-  
tuum quendā iusticiæ pacisq; triumphū. Quod regnū,  
quos triumphos ignorant scholæ, quæ miseris modis ex-  
carnificant afflictas conscientias per summas suas, quæ  
adfectibus viciorū adeo non medentur, friuolis & nugas-  
cibus disputationibus, vt & morbo morbū addant, nē-  
pe, cum plerōsq; viciosos adfectus, virtutū loco habeāt,  
Duo in primis sunt beneficia, quæ Christū orbi cōmen-  
dant, pacata conscientia, & animus compos affectuū suo-  
rum. Vtrūq; id quod palam res ipsa coarguit, a Theolo-  
gorū ætatis nostræ scholis, neglectū est. A Mercurio gen-  
tes fraudum successus, a Marte rerum bellicarū fortunā,  
a Iunone opes, petebant. Nos quo minus a Christo pro-  
prie quid petendū sit sciamus, scholis debemus, quæ hūc  
propemodū inter scenicos deos numerant, qui corporū  
morbis medeatur, qui copias familiares augeat, denique  
qui fortunet stultissimas cuiq; cupiditates, Cum carnem  
induerit in hoc, vt p̄sto sit consolandis, cōfirmādīsq; ho-  
minū animis. Sed quid ego hic longius immoror? Inter  
scholas & lacyam Pauli doctrinam, quantū iter sit, faci-  
le cernent, qui vel hunc a limine salutauerint. Neq; iam  
ago quale sit in scholis sermonis genus, quam impura  
& fordidata docendi differendiq; ratio, sed hoc moneo,  
quam his cū Christiana doctrina non cōueniat, planeq;  
obscurari Christi beneficiā. Interim de sacramentorū  
vfu, deq; alijs cœlestib. mysterijs qualia prodiderint, nō  
est huius loci excutere. Vulgo dici solet, potū non inueni-  
ri ex aqua cœno turbata. Ita nec in scholastica theologia



animo fatiffecerit pi<sup>9</sup> quispiam, tot hominum argutiss,  
nugis, technis, & tradiciunculis, conspurcata. Porro, nō  
habeo necesse hic refellere sententiā nempe friuolam eo-  
rum, qui Pauli doctrinā vnius seculi spacio metiuntur,  
& rudibus adhuc Christianis scriptam nugantur, qbus  
iam adultis, sublimiore theologia opus sit. Floruerunt  
em̄ illis temporibus in primis cum reliquæ vere Christi-  
anæ opes, tum maxime linguę, & Prophetia seu scriptur-  
rarū enarratio, quom puris mentibus familiarior esset  
Cœlestis spiritus, qui vnus abdita scripturæ mysteria re-  
uelat. Fortasse submouet aliquos & absterret a Paulo  
difficultas orationis, & ratio differendi impedita, vt vide-  
tur, quos velim periculū facere, quanto minore negocio  
summā disputationū Paulinarū adsequi liceat, quā cons-  
tentiosas & impias istorū quęstiunculas. Et, vt dicam id  
quod res est. Quod Paulina minus intelliguntur, debe-  
mus eximjs istis Magistris nostris, qui cum om̄is vete-  
ris literaturæ, rectæq; eruditionis imperiti essent, diuinā  
Pauli orationē, & rhetoricis vinctam membris, & suis  
cōpactam articulis, primū nouis interpunctionibus dis-  
secuerunt, deinde dissectam suo more secundū Aristote-  
lem enarrauerunt. Ita vt nusq; ne versus quidem, cū ver-  
su cōueniret. Ad hæc non erat vulgaris hominis officiū,  
de quatuor sensib<sup>9</sup> in singulis prope syllabis nugari. Nec  
puduit audaces homines, in re tam seria ludos agere, atq;  
ibi varijs certare sententijs, vbi nihil tam erat agendum,  
quam vt certa quædam, eadēq; simplicissima iuxta Grā-  
maticorū & rhetorū figuras, perinde atq; ERASMVS  
in Methodo monet, expediretur, vel quod gręci dicunt,  
vt vnū ad vnum compararetur. Neq; em̄ ita prodita est  
scriptura, ne intelligatur, immo hoc agebat benign<sup>9</sup> dei  
spiritus, qui lux est, vt ab omnib. pijs cōmuniter intellige-  
retur. Cedat laus, si qua est, obscuritatis, Philosophis,  
hāc sibi vindicat dei spirit<sup>9</sup>, q; pariter & teneros rudesq;



erudit ac oblectat, & acerrimū quēq; exercet. Diu<sup>9</sup> Au-  
gustin<sup>9</sup>, vir & ingenio singulari, & magno sacrarū rerū  
vfu, non desiderat, inquit, intellectorem acutū Apostol<sup>9</sup>,  
sed auditorem solum intentū, Non admittit Pauli sapiē-  
tiam, qui carnalis Philosophiæ opiniōibus infectus est.  
Proinde faxis ad hanc animū afferas, primū piū, dein-  
de & a vulgi opinionib. liber, Etem nisi syncerū vas fue-  
rit, quidquid infuderis, acescet, & Antisthenes grauis in-  
primis Philosophus adulescenti cuidam, qui se forman-  
dum ei tradebat, roganti, quibus rebus opus esset ad Phi-  
losofhandū, stilo ait & noua tabula vsum significans. &  
animū non infectū prauis opinionibus. Quod consiliū  
& in discendo Paulo sequendū censeo. Nam sacræ literæ  
vt per sese puræ sunt, ita in puras infundi mentes amant.  
Requiris autē a Paulo proprie, quod ante dixi, Christi  
beneficiū, hoc est spiritū virtutū, vnde is proficiscatur, &  
quid in mortaliū animis efficiat. Neq; nihil p̄feceris, vfu  
crebraq; meditatione, vbi quæ inertia est, cum tantum  
laboris in inferiorib<sup>9</sup> disciplinis exudes, hic cessare, vbi  
salutis negotium agitur? Paulinæ doctrinæ summā per-  
strinxi, pauciorib<sup>9</sup> quidem, quam res tanta ferebat, sed  
tempori seruiēdū fuit, alioqui in votis erat, persequi hoc  
argumentū longius. Vos interim, vt nihil cōuenit prius  
habere Christo cognoscendo, ita modis omnibus adnitī  
debet, vt Christi beneficiū quā rectissime intelligatis. Si  
quidem Christū scire, non est æternæ generationis, aut  
admirandæ incarnatiōis modos scrutari. Sed beneficia,  
quibus viam salutis aperuit orbi terrarū, agnoscere. in  
terras, pprie cur delapsus sit, imperari ab ip̄o quid possit,  
quarū rerū pignus caro sit, quā induit, aut crux in qua  
mortem, nostra procul dubio causa obijt. Hoc deinum  
studiū & salutare est, & Christiana mente dignū, atq; hæc  
est Philosophia, quā Paulus profitetur, Gratia Christi  
est, quam neglectim vniuersa recens Theologia tractat,

*animus d  
vultu d  
fructu q*



Paulus vero copiosissime persequitur, differant alij de ven-  
torum stationibus, de rerum formis, de motibus, de fulminibus,  
Hic de istis rebus differit, in quibus solis veram absolutamque  
foelicitatem consistere liquet. Atque huc accedunt in aditi  
Philosophis loci innumeri. Quid in comparanda virtu-  
te leges possint, Vnde propagata sit, & quatenus grassetur  
in animis humanis vis, qua ad vicia propensi rapimur.  
Affectibus ut imperare mortaliu captus possit. In quibus  
dici non potest, quanto artificio suis hominem pingat color-  
ibus. Quo vel vno nomine iucundissima mihi Pauli do-  
ctrina est. Philosophiam plerique deamant, quod hominem si-  
bi ipsi ante oculos ponat, & veteres aliquot, fructum & colo-  
rem Philosophiae censuerunt, sese nouisse. At quanto  
foelicius hoc Paulus praestitit: in quo ceu in speculo est cer-  
nere, quidquid est in intimo hominis secessu positum. Nusquam  
absolutius vitiorum rationes, nusquam exactius virtutis vim  
atque fontes contempleris. Hunc postea quae aliqua ex parte  
cognouimus, visa est nobis tenebras quasdam offundere  
oculis hominum Philosophia, & in iudicanda hominis na-  
tura, id quod fere primum agit, discernendisque viciorum ac  
virtutum finibus passim frigere, hallucinari, & caecutire.  
Vulgus Theologorum crassula & idiotica censet, quae a  
Paulo perditae sunt, & quae obiter quasi succisuis horis disci-  
queant, interim totos annos rhapsodiis suis in meae gentes  
Digni sane qui ita iudicent, ut ne quid interim asperius di-  
cam, Caeterum huiusmodi, qui ne duos quidem Pauli  
versus intellegant. Iam quod ad ciuiliu rerum constitutio-  
nem, quod ad conscientiae casus attinet, nemo circumspe-  
ctius, nemo prudentius, nemo aequabilius iudicat. Et ex  
hoc ciuitatum leges temperare conueniebat, & petere iu-  
dicandorum casuum formulas, Accedunt loci plerique &  
tropi scripturae, quos hic passim illustrauit. Inhortetur  
itaque vos primum cura salutis vestrae, quod citra Pauli doctri-  
nae, Christum, in quo summa salutis sita est, exacte cog-



noscere non licet. Deinde multarum rerum sciētia, quas  
& iucundum est, & vtile cognoscere. Si rerum Theologi-  
carum compendiarium rationem desideras, si cognosce-  
re animus est, quæ vitiorū ac virtutum radices sint, qui  
fructus, qui mores Chriana mente digni, quod principibus,  
quid episcopis, quid populo, quid tibi, quid humanis,  
quid diuinis legibus debeas, nemo accuratius, nemo cō-  
modius Paulo docet. In humanis literis, in Philosophia  
voluptas est, omnes omniū schedas euoluere, in sacris nō  
iuuet breuib. Pauli commentarijs vacare? ad quos tam  
multæ nos rationes vocant, Cōsolari vis animū, & Chri-  
stum tuum meditari, nusq̄ hic propius exprimitur. ob-  
lectari vis, oratio est plena illecebris, pura, neruosa, cle-  
gans, nitida, plana, Exerceri cupis, hic argumentum ha-  
bes, quod cum Philosophis cōferas, in quo accuses The-  
ologos ætatis nostræ, qui absolutam virtutē citra Chri-  
sti opem, homini tribuunt, id quod vnus, vt mihi vides-  
tur, Pauli contemptui debent, habes & de quibus disse-  
ras reliqua mysteria plæraq̄. In quo genere exercendo-  
rum animorū, quanto maiore cum fructu versabimini,  
quam in vulgaribus istis scholicis disceptaculiculis, in  
quas tam multa ociosa, tam mltā friuola incidūt, plæraq̄  
etiā odiorum semina. pium est in sacris versari, in Pauli-  
nis etiā iucundū, vbi tam multa mirabili quadam gratia  
disputata sunt. Atq̄ hæc vobis optimi cuiusq̄ exemplo  
commendata volo. Ex veterib. nemo non plurimi fecit  
Paulum. Diuus Petrus ni titulus fallit, in epistola, certe  
recepta, huius literas Christianis diligenter commendat,  
Doctorem gentium, cōmuni consensu vocat ecclesia. Su-  
darunt in eo enarrādo cum alij multi, tum Origenes, Hie-  
ronymus, Chrysostrōmus, & Augustinus. Post, collapsa re-  
Christiana, aliquamdiu prope ignorat, nūc reflorescit  
adnitentibus optimis quibusq̄. Quorū studia & vobis  
calcar addant, quando necesse est optimū esse, quod ab

C



optimis quibusq; tanto consensu probari videtis. Interim Deo gratias agam<sup>9</sup>, qui Christū nobis Pauli literis ostendit, precemurq; , quem illi cognoscēdi Christi spiritum, eundem & nobis benignus impertiat. Amen.

D. IOHANNI HESSO NVRENBERGEN.  
THEOLOGO PHI. MEL. S.



Ide mi Hesse, quæ tu nup̄ p̄ animi tui candore axiomata a nobis Vuittenbergæ disputata, tantopere pbabas, ea nunc cēsores quidam, dogmatū Christianorū ordine mouent. In primis autem sententiā de transubstantiatione, quam inter articulos fidei numerari posse nō puto. Nam eo loco nostris temporib. literæ Chrianae sunt, vt pium vocare nemo aufit, nisi quod vulgo receptū scholæ p̄fitentur. Quo errore non facile perniciosior alius fuerit, nempe quo fieri videmus, vt magis quid scholæ recipiant, quā quid Christus doceat, spectetur. Mihi sane qui nolim Christianas literas, vnicū in terris pignus pacis, contētionib. prophanae, nihil pri<sup>9</sup> fuerit, quam suffragari scholis, nisi Christo tot modis refragarentur ipsæ. Proinde visum est, paucis tibi sententiæ meæ rationē reddere, vt habeas alicubi qd̄ amicis meo noīe respondeas. Neq; hoc ago, vt censorib. meis satisfaciā, q̄s morosiores esse scio, quā vt vlla omīno ratione placari possint. Tibi, vt spero, paucis satisfice



ro, homini, & pure Chriſtianas literas erudito, & iudicij in  
reb. ſacris minime vulgaris. Primū vero admoueo, ſen-  
tētiās, me aliquot ſcholis ꝑpoſuiſſe diſputādas, de quib.  
conſilium fuit audire, quid optim⁹ quiſq; ac doctiſs. ſen-  
tiret. Male affecta corpora quondam in publica expos-  
nebantur compita, communiter ab om̄ib. viſenda ciuib.  
vt ſi quis morbi vim compertam haberet, aut remedium  
noſſet, indicaret. Quid vetat idem in literis fieri? Nō li-  
ceat ſicubi dubites ad aliorū iudiciū ꝑuocare? ꝑꝑo-  
ſuimus, exploraturi, de ſentētia noſtra quid ſentiretur a  
doctiorib. Nobis ſane non temere probabañt, ſed ſi quis  
rectius aliquid moneret, æquo animo calculū reuocatur-  
is. Scholæ & certiffima in dubiū vocant, ego de incertis  
& de quib. iam tot ſeculis inter paucos adeo cōuenit, nō  
diſputem? Antiquari ſcholarū morem oportet, ſi diſpu-  
tare de reb. dubijs non licet, niſi ſolis Saxonib. non licet,  
quod & Boijs & Vbijs & om̄ib. vbiq; ſcholis ꝑmiſſum  
eſt. Et ꝑꝑoſuimus quidem vt diſputaremus, retracta-  
turi, ſi quis rectius moneret. At cenſores iſti, cum nihil  
moneant, calumniantur tamen, & ſuū illud quiritantur,  
Hæreſis, immo noua hæreſis. Sed excutiam⁹ rem ipſam  
paulo accuratius. In numero axiomatū noſtrorum, duo  
qdā ſunt, e quib. tertiu de Trāſſubſtātiatiōe & caractere  
ceue fonte deriuat. Q, Catholicū, ꝑꝑter articulos q̄s ſcri-  
ptura ꝑꝑbat, nō ſit nec eſſe alios credere. Deinde concilioꝝ  
rum autoritatem ſcripturę autoritate vinci. E quib. fit cō-  
tra hæreſis crimen non credi Tranſſubſtantiatiōem aut  
Characterem, aut ſimilia. Poſtremū axioma conuelli nō  
potuit, niſi priorib. duob. refutatis. Porro, neq; ad Trāſ-  
ſubſtantiatiōem tm̄ aut Characterem, ſed ad om̄ia eius  
generis quib. vulgo diuini iuris titulus ꝑꝑtextitur, perti-  
nebat axioma. Quid igitur in ſolo Tranſſubſtantiatiō-  
nis articulo quiritant? maxime qm̄ & Sententiarū cōmenta-  
rii, nō mō de Caractere, ſed & Trāſſubſtātiatiōe variāt,

C ij



Mihi non liceat quod illis, qui ad sacras literas fortasse  
instructior accedo, quam illorū vulgus, atq; vt consiliū  
disputationis tibi meæ aperiam, videbam passim huma-  
nis decretis, autoritati sacrarum literarū derogari, neq;  
conferri modo, sed & anteferri humana diuinis, articulos  
fidei dici iam, non modo quæ sanctorū patrum concilijs  
decreta sunt, aut Pontifices sanxerunt, sed & quidquid  
Thomas, quidquid Scotus arguantur, & in ijs non mo-  
do incerta multa pro certis defendi. sed & male Christia-  
na, pro pñs tradi. Ad hæc cum tanti fierent humanæ fabu-  
læ, iudiciū de sacris reb<sup>9</sup>, non e diuinis literis, sed huma-  
nis traditionib. peti, neq; tam spectari, quid Euangelicæ  
literæ doceant, quam quid ex Euangelicis probent ho-  
mines. Christus docet non esse vindicandum. Probare  
hoc nemo audebat, Sed ad scholas ferebatur, vbi cōsiliū  
esse, non pceptū, ne quis vindicet, audiebamus. O impiā  
vocem, Paulus delinqui censet, si quis iudicio Christia-  
nus cum alio contēdat, recipere hoc impietas erat, q; hac  
parte Paulum non probabant, neq; Canones, neq; scho-  
læ Theologorum. Et baculo Pontificibus Christus in-  
terdixit, Hodie piaculū est, nō armare duob, quos vocāt  
gladijs, pontificem. Prætereo innumera, adeoq; multo  
maxima, in quib. magno pculdubio rei Christianæ ma-  
lo, aliud homines atq; Christus docent. Deniq; vt paucis  
dicam, Ipse e iuriscōsultis audiui, disputationes ad Theo-  
logos relegari, cæterum iudicium rerum Theologicarū  
apud sese esse, qui ecclesiæ placita profiteātur. Scilicet his  
arbitris probe consultum est sacris reb. Iam hac ratione  
quot putas Hesse, ab Euāgelicis literis hætenus auocas-  
tos esse? qui sacra non e Christo, sed ex commenticijs ho-  
minū traditionibus petenda esse viderūt. Obsecro, studi-  
osis inepte commendo sacras literas, cum a traditionib.  
humanis auoco? cum admoneo, iudicium rerum sacra-  
rum, ex Euāgelicis literis, non e quibusuis lacunis petē-



dū esse? Hęc admonebāt cur de hūanis cōstitutionib. p  
ponerē, Vulgarib. opiniōib. refragari cōpī, Argumētū  
a scriptorib. alijs p incredibiles labyrinthos ductū, duob<sup>9</sup>  
omīno pnūciatis absolui, Catholico solā scripturā credē  
dam esse, & conciliis supiorem esse scripturæ autoritatē.  
Quod gen<sup>9</sup> scholastica nugaliavtinā certatī oēs adnitere  
mur cōpaucissimis explicare. Dii boni, quot capitula, q̄t  
leges, quot titulos confertim chartis illeuerūt, vt sursum  
deorsum omīa versarunt, qui hac de re antea disseruerūt.  
Factioni quisq̄ suæ studuit. Huic pontificia maiestas, illi  
ius concilioꝝ curæ fuit. Sacrarū lrarum, perinde vt Mes  
garensium, nulla habita est vsq̄ ratio. Quid multis? Ipse  
videas licebit, quam importune, in negotio p sese plano  
minimeq̄ scrupuloso rhetoricentur, & vt ipso disputans  
di filo declarent, quā non hoc agant vt explicent, sed vt  
impediant trichis quibusdam studiosoꝝ anīos. Ego con  
tra, summā rei duob. versib. perstrinxi. In quib. si quid  
erratum est, cur non monent amanter isti? Humanarum  
traditionū autoritatē minuo, Sed vt diuinarū literarum  
autoritas, ea ratione commendatior fiat. Sunt qui com  
pendiariam viam ad Theologica existimāt, non sacros  
libros, sed summas quasdā, vt vocant, e quib. cum didice  
rint, de quauis re vulgo quid sentiat, ad eas, ceu ad regu  
lam, sacros libros exigunt. Hos nonne retulerit in viam  
reuocari? ne quid receptū sit, sed quid recipi debeat, ob  
seruent. Aut si apud alios minus promouero, certe ope  
ræ preciiū est, a vulgari opinione ipsum me liberari. Nā  
per humanas deuterofes. quid profectū sit hactenus, nō  
videmus? per quas tam multa e Christianis placitis an  
tiquata sunt. Bella, scenus, vindiciæ, & alia id genus pro  
bant, quib<sup>9</sup> cū Christo non video quō conueniat. Sacra  
mentorū rationes, quas isti prodiderunt, Iudaicas plane  
ceremonias spirāt. Gratia Christi ignorat. Plato Aegyp  
tiacā legem fuisse scribit, ne quod in sacra nouū carnē re  
ciperetur. Quanto minus cōmittendum erat a nobis, vt



doctrina sacrorū diuinitus, ipso q̄ dei filio autore pro di-  
ta, cōmenticijs hominū traditionib. mutaret. Et nusquā  
non inculcat Christ⁹, nusquā nō monent Apostoli, quo-  
rū literæ, diuino bñficio, ad nostra vsq̄ tempora ppaga-  
tæ sūt, hoīm traditiōes cauēdas. Horū autoritas vide quā  
nihil istos mouerit. q̄ tot sanctionib. ecclesiā illa queant,  
tot nugis gerrisq̄ scholas Theologicas innectunt, Te ad  
pello Hesse, qui oceanū infœliciū quæstionū nauigasti,  
nunc autem, velut e naufragio receptus, diuinarum lite-  
rarum delicijs securus frueris de humanis traditionib⁹,  
& ficticijs scholis quid sentis? Nonne in alio nūc tibi mū-  
do esse videris? nōne aliter nūc te format Christi spirit⁹,  
atq̄ illæ quondā scholæ? Nōne Christianismi & sacrarū  
literarū, vt ita dicā, excidiū, doctrinis hūanis debemus?  
quanto magis n̄s, q̄ quiduis malunt, quam rē dire nos ad  
Euangelica studia? Diuinus vates Esaias futurū cecinit,  
vt obsignat⁹ liber cœlestiū mysteriorū, tradat⁹ legendus  
n̄s qui l̄ras nō didicerūt, vbi de traditionū hūanarū docto-  
rib. loquit⁹. qd̄ intelligis, quā apte quadret ad n̄ra t̄pa qui-  
bus, cū humanis commentis tm̄ tribuit⁹, plane sacrarū lite-  
rarū autoritas extincta est. Explico nōnihil ex traditio-  
nib. hūanis aīm, vt vel mihi ipsi, si in alijs min⁹ pfecero,  
diuinas l̄ras efficaci⁹ cōmendem, a quibus certe olim ab-  
sterrebat, q̄ videbā non tam p̄bari, qd̄ ipsæ docent, quā  
quod vulg⁹ scholarū, aut fasciculi receperūt, quos palam  
est plerisq̄ locis a scriptura dissentire. Iā hoc ago, vt oīm  
rerū sacrarū iudiciū e solis diuinis literis, nō ex hoīm pla-  
citis petat⁹. Sua sit autoritas traditionib. sed penes Chr̄m  
earū iudiciū esto. In q̄ si erro, nunq̄ errauerim eqdem ho-  
nesti⁹. Sed n̄s tm̄ errare videor, q̄ p̄ter hūana somnia nihil  
didicerūt, quib. diuinæ l̄ræ nō hoc olent, qd̄ sunt, sed quod  
ad eas ip̄i, prauis infecti opinionib. adferunt. Iam q̄le est,  
quod iactāt, ad se solos p̄tinere scripturę interpretationem,  
quasi vero hæc ita p̄dita sit, ne nisi a Maḡis n̄ris intelliga-  
tur. Immo, hoc benign⁹ dei sp̄s agebat, vt ab oīmib. p̄n̄s  
quāto minimo negocio intelligeret. Quæso te, ne patiaa



mur ex diuinis lris Aegyptia hieroglyphica fieri. Delapsus  
est in carnem dei filius, ne ignoraret, quanto magis per lras cog  
noscere voluit, quos ceu effigiem sui perpetuo duraturas nobis  
reliquit. Quid, quod ea scriptura enarratio, quam iactant, intra  
annos primam quodringentos nata est, ante id tempus quod hanc  
ad quos pertinebat? ad omnes certe Christianos communiter, cum  
theologica professio, nondum ad scenam, ad theatra, ad factio  
nes compararet, sed eadem omnium Christianorum esset. Christum pro  
temur, quod quot eius sanguine abluti sumus, et quod numero, quod est  
malignitas, ab illius doctrina aliquos arcere? Proinde sacras  
lras, et nobis tractare liceat, quod qualescunque sumus, certe hoc  
noie digni videmur, quibus hoc studii, sublimes isti Magis  
tri nostri permittant, quod Christiani sumus. Nusquam non sedulo Chris  
tus noster precipit, summa fide et cura doctrinam suam euolu  
gari, deuouet, modis dictu horrendis, quod doctrinam suam non  
sunt audituri. Quae nos ratio non inuitet ad Euangelicas  
lras? Neque vero ille hominum traditiones, sed suam doctrinam pro  
pagari voluit, quod igitur peccati est? sic ubi annos nostros non  
nihil a commenticia hominum deuterose, auocamus. Hoc Hesse  
consilio axiomata disputanda propositi. admonitur, ne quis  
aliunde quam a sacris lris rerum sacrarum iudicium petat. Multi  
pontificum constitutiones, multi summas, multi argutas dis  
putationes Theologorum euoluunt, ut inde Christianismi for  
mam petant. neque in tam varia expositione, quam solis istis nu  
gatoribus. theologis debemus, sacris libris confidere tutum  
existimant, hominum commentis tantum tribuunt, ut ad eas ceu ad re  
gulam exigant et sacras lras, a quo errore, ut vel ipse me  
liberem, censeo non referre, si quis non credat, nisi quod scriptu  
ra docet. Primas itaque sacris literis damus, et ex iis cense  
mus iudicium omnium rerum ecclesiasticarum petendum esse, vel Pau  
lo teste, qui ad Timotheum scribens, Exemplar ait habeto  
sanorum sermonum, quos a me audisti, iubet sacram Doctrinam  
nam exemplaris et archetypi vice esse. Id quod et plerisque  
locis admonet, At conciliorum auctoritas ita pendet a diui  
nis literis, ut contra eas non liceat quidquam decernere. Sic



*u hanc*

em Paulus Galatis, Si quis vobis euangelisauerit propter id quod accepistis, anathema sit. Deinde, nisi quod decretum est ad scripturam exigere potest. in certis & de quibus ambigi non debeat, non recipio. Error est quod contra scripturam decretum est, Ambiguum est, quod scriptura non communit. ut peccatum est quod contra legem fit, Medium quod propter legem fit. Qui plurimum tribuunt conciliis, aiunt errari non posse in fidei causa, ab iis, quos spiritus sanctus conuocavit. Iam hos, vni certum erit, autore spiritus sancti conuocatos esse, nisi ea decernant, quae certum est a spiritu sancto prodita esse, atque adeo, quae scriptura probat, nisi frustra Paulus Timotheum ea tueri iubet, quae sciat, vni didicerit. Scimus spiritus sancti doctrinam esse, quae est canonicis libris prodita. Non scimus spiritus sancti esse, quod conciliis statuit, nisi cum scriptura conueniat. siquidem ex fructibus arboris aestimandum Christus monet, maxime cum non constet, quatenus se conciliis imputat diuini spiritus, cum conuictum sit ea toties errasse. Ad Corinthios scribit Apostolus de Christiana doctrina, Fundamentum aliud poni non posse, propter id quod positum est, Caeterum, superstrui posse aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, quae dies domini declaraturus sit. Quae sententia significat, inter ambigua, & quod aiunt, in medio relinquendum esse, si quod canonicae doctrinae, quae fundamentum est Christianismi addat, nempe quod dies domini aliquando declaraturus sit. Non contemnendi sunt spiritus, aut prophetiae, ut ad Thessalonicenses scriptum est, sed probandi. Index vero seu lydi lapis, ad quem exigere prophetiae possint, nonne scriptura est? Quod vulgo receptum est, concilia in fidei causa errare non posse, non Paulo liberi dici puto, nempe propter scripturae auctoritatem, quamquam hoc ipsum frivolo pro Charites commento, nunc ita temperant quidam, ut dicant concilium errare non posse, verum si erret, non esse concilium, sed conciliabulum, quod quale sit, quis est qui non intelligat? Si errari vel pro concilia vel pro conciliabula, quae vocantur, potest, Certe iudice scriptura opus est, quae quod decretum est, aut confirmet, aut refellat. Alioqui, quomodo scirem? concilium fuerit an conciliabulum quo definitum est, quod forte fortuna in quaestione vocat



Diuus Augustinus cōtra Donatistas ait, Scripturā Canonica veteris ac noui testamenti omnib. posteriob. Episcoporum lris ita pponi, vt de ea dubitari ac disceptari non possit, vtrū vtrū, vel vtrū rectū sit, qdquid in ea scriptū esse constiterit. Et paulo post Cōcilia, quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum Conciliorū auctoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano sine vllis ambagib⁹ cedere, ipaq; plenaria sæpe priora posteriorib. emendari. Vides quid scripturæ, quid concilijs tribuat Augustinus, hæc em̄ labi posse fatetur, de illa vero dubitare nefas censet. Nuper eo vsq; processit audacia, vt & Pontificem labi negarēt, Sergij temporib. fuisse ferunt, qui nec errare, nec damnari posse Pontificē Max. voluerunt. Id quod nō modo a scriptura, sed & a cōmuni hoīm sensu abhorret. Et in Pontifici legibus, non modo concilioꝝ cōstitutiōes, cū Euangelica doctrina cōparantur, sed & Pontificū Canones, Sic em̄ Leo inqt verbis plus quā Tragicis. Quāob causam luculenti⁹ & magna voce p̄nunciare nō timeo, qd illa quæ p̄diximus. S. Patrum statuta, q̄ Canones dicunt, siue sit Episcopus, siue Clericus, siue laicus, non indifferenter recipere cōuincit, nec catholicā, nec Apostolicā fidem, nec sancta quatuor Euangelica vtiliter & efficaciter ad effectū suū retinere vel credere p̄batur. Quā impudentiā, quis ferat? Leges suas bene constitutę ciuitates, æquitate naturæ metiūtur, sua placita non exigat ad scripturā Ecclesia? si errari concilijs nō pōt in fidei causa, nihil refert in synodos docti an indocti euocētur. Quod si refert, quid obstat, cur errare posse synodos negem⁹? Nōne in dubiū vocat auctoritatem concilij Pontifex, qd ab eo sedē Romanā iudicari nefas censet. In morū disputationib. in cōponendis litib. q̄ties erratū est, a memorabilib. synodis, a quibusdā & in fidei causis. Proinde, cū errari posse concilijs vsu cōperum sit, non posse nondū probatū sit, cur articulos fidei



dicā hoīm placita? Quæso te Hesse huc animū ad cōmo-  
da, & rem ipsam propius contemplare. Diuinitus prodig-  
ta est scriptura, quæ sit, vt Pauli verbo vtar Hypotypos-  
sis ac exemplar fidei, cōtra quā Cōcilij nihil statuere fas  
est. Neq; satis constat errari synodis nō posse. In his si qd  
decretū est, quod ad scripturā exigī nequit, articulū fidei  
vocari patieris? Sane demiror quib. primū autorib. vul-  
gatū sit, Cōcilia errare nō posse. Memorabilib; veterū sy-  
nodis citra scripturæ suffragiū, nihil, quod sciā, decretū  
est. Hodie trāssubstantiatio decreta est. Decretū est & de  
Romani Pontificis primatu, quæ inter opiniones pro-  
babiles numero, quo ad scripturis vincat. Iactabātur &  
Lipica disceptatiōe articuli Coustantiæ damnati, neq;  
plausibiliore alio argumēto, Ecclius Martinū oppugna-  
bat. Sed his par est tantum esse autoritatis, quantum per  
scripturas licet. Egdē sententiā de trāssubstantiatiōe, haud  
grauatim amplector, sed inter articulos fidei non temere  
numerauerim. Verū Christi corp; manducari, fidei arti-  
culus est, quocūq; tandem mō sacrosanctū corpus figu-  
ram panis induat. Itaq; quā disputauī sententiā de Trans-  
substantiatiōe, nō patiar hæreticā dici, donec fides fiat, cō-  
cilia errare non posse, Catholico inter articulos fidei has-  
benda esse, quæ scripturæ suffragijs pbari nequeāt, Cō-  
ciliorū autoritatē parem esse scripturæ. Cæterū, non igs-  
noro, quanta licentia hæreses vocent scholæ. Hæresis est  
de Translatione Ro. Imperij secus loqui, atq; Canones.  
Hæresis est, speciē, Marci Ciceronis exemplo, vocare for-  
mam. Hæresis est, nō tribuere vtrūq; Pontifici gladium.  
Hæresis est de numero sacramentorū aliter, atq; Longo-  
bardus scribit, sentire. Hæresis est bullis indulgentiarū re-  
fragari. Tm̄ hodie licet quibusdā, vt qdvis p sua libidine  
damnent, aut pbent. Paucis exposui tibi consiliū ac ras-  
tionē sententię meæ, quā nolim ita putes a me arreptam  
mordicus, vt si quis recti; moneat, non cessur; sim. Pub;



lica scholarū gymnasia, disputari plerac̄q̄ experiundi gr̄a  
pmittūt, in q̄ studio nōnihil & nobis liceat. Deinde dispu  
tatiōis meæ capita a multis scriptorib. iam olim contro  
uertunt, ne q̄s meū hoc exemplū putet. Atq̄ vtinā certi⁹  
aliqud hac de re proferat Eckius, cui adeo displicēt nostra  
Nec in his esse stomacho locū conuenit, expendat̄ caussa  
& conferant̄ sententiæ, iudicio & cura quadā. Nolo te les  
gendis nostris diuti⁹ pulcherrimis studijs tuis fraudare,  
plurib⁹, si videbit̄, hæc alias acturus. Ab Eckio interim  
quom abes aduersus n̄ros libelli tres editi sunt, qui adeo  
Eckiū referunt, vt vel sine titulo, autori vindicari que  
ant. D. Martino calumnias calumnijs retaliare, nō vide  
tur, quare nihil haçten⁹ responsum est. Declamatiunculā  
ad te mitto, in D. Paulū dictā p̄ more Academiārū in sa  
cro, quā ne ederē, monebat argumenti difficultas, tracta  
uimus efm̄ locū minime plausibilē, in quo explicando, ne  
ipsi quidē animo n̄ro satisfecim⁹. Sed amicorū voluntati  
obsecuti sum⁹, qui publicari iusserūt. In eo si qd peccatū  
est, sarciam⁹ iacturā, breui vt spero, copiosius eandē fabu  
lam, acturi. Dabis legendā amicis, si quorū aures ferre  
queant. Quotq̄t hic sum⁹ studiosi tui, miramur tantisp̄  
nihil ad nos scribi. Ego sane p̄p̄modū adducor, vt verē  
putem, qd̄ de Loto Poetæ finxerūt. quādo tu adeo amī  
corum, quos hic reliquisti, oblitus videris, Id vtrum  
Slesiaē tuæ delicijs, an amicis, quib⁹ illheic frueris, impus  
tem, ignoro. certe conueniebat & nostri rationē haberi.  
Salutant te omēs tui, In primis. D. Dominic⁹ Schleup  
ner, Iohannes Apellus. Huldrichus Pindarus. Herman  
nus Tulichius. Vale foeliciter mi Hesse, Mense Februar:  
Anno. M. D. XX. FINIS.







g 42.39

X2206440


nc











DECLAMATIVNCVLA IN D.  
PAVLI DOCTRINAM.

¶ Epistola ad Iohannem Hessum Theologum,  
Philippi Melanchrthonis.



Vuittenbergæ, apud Melchiorum Lottherum  
iuniorem, Anno M.D.XX.

XVII 500.